UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Eutonio Diacono. 246.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

correpti ſunt , præ doloris magnitudine ſenſum quoque doloris amittunt : ſic etiã qui eo prolapſi ſunt , vt nullo iam dolore tangantur (quorum numerum Zozimus quoque,vt ſcripſiſti,auget)quodammodo etiam in ſtupore atque inſenſibilitate ſunt, ne illud quidem ſcientes quo in malo verſentur.

Eutonio Diacono. 246.

Quãdoquidem tum demum is qui laude afficitur ampliorem gloriam percipit, cùm is qui orationem habere aggreſſus eſt,priùs etiam quàm loquatur, victum ſe eſſe prædicat:idcirco ipſe quoque clariſſimi viri Euſtathij virtutibus commemorãdis imparẽ me eſſe agnoſcens, conticeſcã.

Theodoſio Epiſcopo. 174.

Diſcat Euſebius,Peluſiotarum antiſtes, quid ſit Eccleſia.Eſt enim abſurdiſſimum ac perquàm graue , ipſe ne hoc quidem cognitum habentem,in hac opinione verſari,vt Epiſcopum ſe eſſe exiſtimet. Nam quod ſanctorum cœtus ſit , ex recta fide, atque optima viuendi ratione collectus, Eccleſia ſit,inter eos conſtat,qui ſapientiã deguſtarunt. Quòd autem ille hoc ignorãs veram Eccleſiam euertat , dum multis offendiculi cauſam præbet, templum autẽ extruat,atque illam quidem ornatu ſpoliet, probos viros expellens , hoc autem magnificis marmoribus exornet,hoc quoque nemini obſcurum eſt . Quòd ſi ille certò cognoſcat,aliud Eccleſiam,aliud tẽplum eſſe(nam ea ex immaculatis animis conſtat:hoc autem ex lapidibus & lignis exædificatur)ſic exiſtimo , eum finem facturum eſſe illam euertendi , hoc impenſiùs,quàm neceſſe ſit, exornandi . Neque enim parietum,ſed animarum cauſa cæleſtis rex huc venit . Quòd ſi ſe ignorare fingat,quod dico , etiamſi vel tardiſſimis quàm maximè clarum ac conſpicuum ſit, exemplis hoc declarare conabor. Vt enim aliud eſt ſacrificium , aliud altare , aliud

τες τῇ ὑπερβολῇ τῆς νόσου καὶ τὴν αἴσθησιν ὧν πάσχουσι παραινοῦνται, οὕτω καὶ οἱ εἰς ἀναλγησίαν ἐκπεπτωκότες, ὧν εἷς ἐστὶν ὡς γέγραφας καὶ Ζώσιμος, καὶ τρόπον τινὰ ἐν ἀναισθησίᾳ εἰσὶν, οὐδὲ οἱ τῶν κακῶν εἰσὶν εἰδότες.

Εὐτονίῳ διακόνῳ. σμϛ.

Ἐπειδὴ τότε ὁ ἐγκωμιαζόμενος δόξαν σεμνοτέραν καρποῦται, ὅταν ὁ λέγειν ἐπιχειρήσας, καὶ πρὶν εἰπεῖν κηρύξῃ τὴν ἧτταν, διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ἡττώμενος ταῖς τοῦ ἀοιδίμου Εὐσταθίου ἀρεταῖς σιωπήσομαι.

Θεοδοσίῳ ἐπισκόπῳ. σμζ.

Μανθανέτω Εὐσέβιος ὁ τοῦ λαοῦ τοῦ ἐπὶ τῆς Πηλουσιωτῶν παροικοῦντος προεστὼς, τί ἐστιν ἐκκλησία. ἀτοπώτατον γὰρ ἐστι καὶ λίαν δεινότατον μηδὲ τὸ αὐτὸν γινώσκοντα δοκεῖν ἱερᾶσθαι. ὅτι γὰρ τὸ ἄθροισμα τῶν ἁγίων τὸ ἐξ ὀρθῆς πίστεως καὶ πολιτείας ἀρίστης συγκεκροτημένον ἐκκλησία ἐστὶ, δῆλόν ἐστι τοῖς σοφίας γευσαμένοις. ὅτι δὲ τοῦτο μὴ γινώσκων ἐκεῖνος, τὴν μὲν ὄντως ἐκκλησίαν καθαιρεῖ σκανδαλίζων πολλούς. τὸ δ᾽ ἐκκλησιαστήριον οἰκοδομεῖ, καὶ τὴν μὲν ἀποκοσμεῖ, τοὺς σπουδαίους ἐξοστρακίζων. τὸ δὲ πολυτελέσι μαρμάροις κοσμεῖ, καὶ τοῦτο πᾶσιν ἐστὶ γνώριμον. εἰ δὲ γνοίη ἀκριβῶς, ὅτι ἄλλο ἐστὶν ἐκκλησία, καὶ ἄλλο ἐκκλησιαστήριον. ἡ μὲν γὰρ ἐξ ἀμώμων ψυχῶν συνέστηκε, τὸ δ᾽ ἀπὸ λίθων καὶ ξύλων οἰκοδομεῖται, ἡγοῦμαι ὅτι παύσεται τὴν μὲν καθαιρῶν, τὸ δὲ πλέον τῆς χρείας κοσμῶν, οὐ γὰρ τοίχων ἕνεκεν, ἀλλὰ ψυχῶν, δεῦρ᾽ ἐπεφοίτησεν ὁ τῶν οὐρανῶν βασιλεύς. εἰ δὲ προσποιοῖτο τὸ λεγόμενον ἀγνοεῖν, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα, καὶ τοῖς λίαν βραδυτάτοις

ἐστὶ